



# **Urkunden-Sammlung zur Geschichte der auswärtigen Verhältnisse der Mark Brandenburg und ihrer Regenten**

...

namentlich in Beziehung auf Anhalt, Bayern, Böhmen, ... und andere  
Länder ; [Urkunden-Sammlung für die Geschichte der auswärtigen  
Verhältnisse]

**Riedel, Adolph Friedrich**

**Berlin, 1843**

CCXLIII. Markgraf Albrecht von Brandenburg vereignet dem  
Johanniter-Orden zur Comthurei Mirow die Dörfer Dabelow und Kl.  
Karzstavel, am 17. November 1286.

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56055](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-56055)

**CCXLII.** Graf Heinrich von Blankenburg bekennet, daß er den Zehnten zu Werdesleben, auf Veranlassung seiner Vasallen Bertold und Konrad von Schöning, und der Gebrüder Gebhard und Heinrich von Alvensleben, zu Gunsten des Abtes vom Kloster Marienthal bei Helmstädt den Markgrafen Otto und Albert resignirt und dafür der von Alvensleben Zehnten zu Seehausen angenommen habe, am 6. November 1286.

Henricus, dei gratia Comes in Blankenburg, vniuersis presentes litteras auditoris Salutem in omnium Salvatore. Tenore presentium profiteamur, quod cum Decimam ville Werdesleue honesti homines Bertoldus miles et Conradus, frater suus, dicti de Scheninge, de manu nostra iure feudali tenuissent et nullus alius, ipsam integram cum omni iure, tam in Campo quam in uilla, ad promocionem venerabilis domini Reinoldi, Abbatis vallis sancte Marie, nobis integre resignauerunt. Nos autem ad petitionem honorabilium militum Geuehardi et Henrici, fratrum de aluensleue, ipsam decimam, nulli nisi nobis porrectam, dominis nostris feodalibus, illastribus, uidelicet principibus domino Ottoni et domino Alberto Marchionibus Brandenburgensibus, integram tam in agris quam in areis, cum omni iure resignauimus, recipientes a predictis militibus decimam eorum in Sehufen cum viginti tribus marcis Stendalensibus in restaurum. Testes huius facti sunt Bernardus de Papestorp, Albertus Spiegel, Johannes de Hornhufen, Milites, Geuehardus de Donstede, Henricus de Hornhufen, Sifridus de Hakenstede, famuli militares, et alii quam plures. Vt autem hoc factum nostrum in suo vigore stabilliter perseueret, presens scriptum super eo confectum appensione sigilli nostri fecimus communiri. Actum in placito Emerberg\*), Anno domini Millesimo CC°. LXXXVI, octauo Idus Nouembris.

Nach dem im Herzogl. Landeshauptarchiue zu Wolfenbüttel aufbewahrten Originale. Bereits abgedruckt in Scheid v. Meel S. 384.

**CCXLIII.** Markgraf Albrecht von Brandenburg vereignet dem Johanniter-Orden zur Comthurei Mirow die Dörfer Dabelow und Kl. Karzstavel, am 17. November 1286.

In nomine domini Amen. Nos Albertus, Dei gracia Marchio Brandenburgensis, omnibus in perpetuum. Humana memoria, assidua mortis cogitacione negociorumque ac tractatum multitudine infirmata, necesse habet, ut adiuetur uocibus testium ac testimonio litterarum ad hoc, vt acta mortalium robur alicuius obtineant firmitatis. Hinc est, quod notum esse volumus tam presentibus quam futuris publice protestando, quod proprietatem villarum Dabelowe et Karzstauel minoris, quarum villarum possessio fuerat Chotemar et Ottonis fratrum, damus seu donamus liberaliter Commendatori et fratribus sancte domus hospitalis Jerosolymitani beati Johannis baptiste et eorum ordini libere perpetuo possidendam.

\*) Scheid hat Emberg.

Excipimus seu eximimus predicta bona ab omni exactione seu petitione, angaria, perangaria, constructione urbium, Poncium seu municionum et generaliter ab omni vexacione vel molestia, quibus predicti fratres et eorum homines in predictis bonis a nobis uel a nostris hereditibus possent in perpetuum granarj uel aliquialiter impediri. Hec predicta bona cum proprietate et omni libertate et omni iusticia et iudicio et aduocacia et omni illo, quod uolgariter Recht uel vrecht dicitur, cum omnibus terminis suis hucusque habitis, cum aquis, aquarum decursibus, molendinis, pratis, pascuis, lignis, terris, cultis et incultis, et omnibus pertinentiis sibi adherentibus de consuetudine, gracia uel de iure, damus seu donamus antedictis Commendatori et fratribus in Myrow et eorum ordini perpetuo, quiete et pacifice possidenda, illo tamen excluso pariter et excepto, quod de talento quolibet uel fructo duro nobis et nostris hereditibus soluentur duo solidi denariorum Brandeburgensium et non amplius in crastino beati martini census nomine annuatim. Et ne hec nostra donatio a nostris successoribus uel a quibuslibet aliis in perpetuum valeat irritari, presentem paginam damus memoratis commendatori et fratribus sigilli nostri munimine roboratam. Acta sunt hec in Werbelino, Anno domini M<sup>o</sup>. CC<sup>o</sup>. LXXXVI, XV kal. decembris, Presentibus domino Heinrico de Wildenhagen, domino Heinrico de lankow, tunc temporis aduocato, et domino Chotemar Dargaz et aliis quam plurimis fide dignis.

Nach dem Originale des K. Geh. Kabinet-Archives, Zsh. Orden R. IX, Nr. 15. Einen Abdruck dieser Urkunde, nach einem nicht ganz richtigen Diplomatarium des 15. Jahrhunderts im Schweriner Geh. und Haupt-Archive enthalten die Mechl. Jahrb. II, 233 unter dem Datum 17. Dezember 1286.

**CCXLIV.** Pribizlav, Herr von Belgarden, so wie H. und Richard von Vrisach, nehmen die Lande Belgarden, Dobren und Wessenburg von den Markgrafen von Brandenburg, Otto und Konrad, zu Lehn, am 24. Juni 1287.

Nos pribzlaus, dei gratia dominus de belgarden, nos h. et rycharus de vryfach dicti, cum manifesta recognitione ac protestatione ad vniuersorum notitiam deducimus per presentes, quod ab illustribus principibus dominis nostris Ottone et C. marchionibus de brandenburg, terram belgarden, terram dobren et terram wessenborech cum omnibus earundem attinentiis et utilitatibus manu coniuncta suscepimus iusto titulo feudali et ad iustum ius nobilium et baronum, sicut moris est nobilium et baronum suscipere bona sua, Altabimusque nichilominus perpetuo eisdem dominis nostris cum omni potentatu nostro pro nostris viribus contra eorum quoslibet inuadores, ubicunque ipsis fuerit oportunitas. Promissimus etiam fide data nos h. et richardus, de vrisach dicti, et nos h. clericus et nos wedelstede una cum dicto pribezlaow, quod nunquam a dictis principibus idem Pribizlaus debeat recedere aut diuertere, sed in eorum seruitiis iugiter permanere, nec cum alicui (sic) omnino hominum gwerram inibit aliquam, nisi de dictorum principum consilio et consensu. Igitur ut huiusmodi omagium, quod per nos rite et rationabiliter dinoscitur esse factum, in posterum futuris temporibus immutari nequeat aut etiam retractari,